

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2659

Auteur(s) : Étienne Guiter [clerc]

Bénéficiaire(s) : Saint-Martin-du-Vieux-Bellême, Saint-Martin, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1279, mai

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation à Saint-Martin-du-Vieux-Bellême, par Étienne Guiter, clerc, frère condonné, d'une dîme à Boissi, dans le fief d'Hémeri de la Beuvrière ; — d'un pré sis sur la rivière de Boissi, dans le fief d'Hugues de Cumont ; — de ses biens et acquêts, et de la moitié de ses biens meubles, après sa mort.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 164, p. 166-167.

Texte établi d'après a

Universis.... Stephanus dictus Guiter, clericus, salutem in Domino.

Noveritis quod ego, diligenter inspecta utilitate communi tam corporis quam anime, priori ecclesie Sancti Martini de Veteri Belismo et monachis ejusdem loci, qui me benigne et pietatis intuitu receperunt in fratrem suum et donatum sue domus, et associatum in bonis suis spiritualibus et temporalibus, donavi, in puram et perpetuam elemosinam, omnem meam decimam quam ego habebam in parochia de Boisseio Maugis, in feodo Hemerici de Beureria militis, et quoddam pratum meum quod ego habebam in eadem parochia, in ripparia de Boisseio, in feodo Hugonis de Cumont armigeri, dictam decimam et dictum pratum totaliter et integre, sicut se possident, tenenda et habenda, et percipienda ipsis monachis et eorumdem successoribus quite et libere in perpetua elemosina perhenniter pacifice possidenda.

Donavi eciam et concessi ipsis priori et monachis in puram et perpetuam elemosinam omnem meam hereditatem in quibuscumque rebus et locis sit, et pariter omnes empções et adquisitiones quas ego faciam et adquiram in vita mea, post decessum meum habendas et percipiendas ipsis priori et monachis, medietatem omnium mobilium et bonorum meorum, ubicumque sint, habenda et percipienda statim post decessum meum ipsis priori et monachis, quite et libere, sine aliquo contradicto. Ego quidem, dictus Stephanus, promisi bona fide et me astrinxii, per fidem quam prestivi corporalem, quod elemosinacionem istam et concessionem istam tenebo fideliter in dicta forma, et quod donum istud nullatenus revocabo, neque revocari de cetero atemptabo. Immo ad hec omnia et singula supradicta tenenda firmiter et fideliter observanda in dicta forma, predictis priori et monachis, ac eorumdem successoribus ego, predictus Stephanus, clericus, obligo me et meos heredes, et bona mea universa mobilia et immobilia, presencia et futura, ubicumque sint, per presentes litteras quas eisdem priori et monachis contulii in sigillo meo sigillatas.

Actum anno Domini Mº CCº LXXmo nono, mense maii.